

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia, lat

Menardus <Eisnacensis>

[Basel], 8. Sept. 1477

Devtro Nomii

[urn:nbn:de:bsz:31-295433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295433)

vobiscum. Ego enim sum dominus: qui habi-
to inter filios israel

CA. XXXVI.

Ceſſerūt autē et principes familia-
rum galaad filij machir filij manaf-
ſe de ſtirpe filiorū ioseph: locuti ſunt moy-
ſi coram principibus israel atq; dixerūt. **Ti-**
bi dño noſtro pcepit dominus vt ſtram ſor-
te diuideres filiis israel: et vt filiabus ſal-
phaad fratris nr̄i daret poſſeſſionē debitā
patri: quas ſi alterius tribus homines vxores
acceperint ſequē poſſeſſio ſua et tranſſata
ad aliū tribū de noſtra hereditate minuet:
atq; ita fiet vt cū iubileus id eſt quinquage-
ſimus annus remiſſionis aduenerit ofundat
ſortiuū diſtributū et aliorū poſſeſſio ad alios
tranſeat. **R**eſpondit moyſes filiis israel: et
dño p̄cipiēte ait. **R**ecte tribus filiorū ioseph
locuta eſt: et hec lex ſup filiabus ſalphaad a
domino pmulgata eſt. **S**ubant quibus vo-
lunt em vt ſue tribus hominibus: ne omiſcea-
tur poſſeſſio filiorū israel de tribu in tribus
Omnes em viri ducent vxores de tribu et
cognitione ſua: et cuncte femine de eadeſ
tribu maritos accipiēt: vt hereditas pma-
neat in familijs nec ſibi miſceant tribus: ſ;
ita maneāt vt a dño ſeparate ſūt. **F**ecerūt
q; filie ſalphaad vt ſibi fuerat impatum: et
nupſerunt malaa et therſa et egla et mel-
cha et noa filiis patru ſui de familia manaf-
ſe qui fuit filius ioseph: et poſſeſſio que illis
fuerat attributa manſit in tribu et familia
patris eaz. **H**ec ſunt mandata atq; iudicia
que mādauit dominus p manū moyſi ad fili-
os israel in campeſtribus moab ſuper iorda-
nē contra ibericho

**Explicit lib Numeri. Incipit helleadda-
rim q; Deutronomiū pnotat. Capitulu .i.**

Ec ſunt verba que locutus
eſt moyſes ad omes israel
trans iordanē in ſolitudie
campeſtri: contra mare ru-
brum: inter pharan et tho-
pael et laban et aſeroth.

Ubi autē plurimū: vndecim diebus de oreb:
p viam montis ſeir vsq; cadeſbarne. **Q**ua-
drageſimo anno vndecimo menſe p̄ma die
menſis locutus eſt moyſes ad filios israel
omnia que p̄ceperat illi dñs: vt diceret eis:
poſtq; p̄cuſſit ſeon regem amorreoz: q; ha-

bitauit in eſebon: et og regem baſan q; mā-
ſit i aſeroth et i edrai trans iordanē in tra-
moab. **C**epitq; moyſes explanare legem et
dicere. **D**ñs deus noſter locutus eſt ad nos
in oreb dicens. **S**ufficit vobis q; in hoc mō-
te manſiſtis. **R**euertimini et venite ad montē
amorreoz et ad cetera que ei p̄xima ſunt
campeſtria atq; mōtana et humilioza loca
contra meridiem et iuxta litus maris: et am-
chananeoz et libani vsq; ad flumē magnū
eufratē. **E**n inquit tradidi vobis. **I**ngredi-
mini et poſſidete eam: ſup qua iurauit domi-
nus patribus vſtris abrahā: yſaac et iacob:
vt daret illā eis et ſemini eoz poſt eos. **D**i-
xiq; vobis illo in tempore. **N**on poſſum ſolus
ſuſtinere vos quia dñs deus noſter multipli-
cauit vos: et eſtis hodie ſic ſtelle celi plurimi
Dñs deus patru vſtroz addat ad hūc nu-
merum multa milia: et benedicat vobis ſic
locutus eſt. **N**on valco ſolus negocia v̄ra
ſuſtinere et pondus et iurgia. **D**ate ex vob
viros ſapientes et gnaros quoz cōuerſa-
tio ſit p̄bata in tribus vſtris: vt ponā eos
vobis principes. **T**ūc reſpondiſtis mihi. **B**o-
na res eſt quam vis facere. **T**uliq; de tribus
vſtris viros ſapientes et nobiles et cō-
ſtitui eos principes tribus et centuriones
et quinquagenarios ac decanos q; docerēt vos
ſingula: d̄cepiq; eis dicens. **A**udite illos: et
quod iuſtū eſt iudicate. **S**ive cuius ſit ille ſi-
ue peregrinus: nulla erit diſtātia p̄ſonarum.
Ita puum audietis vt magnū: nec accipie-
tis cuiuſq; p̄ſonam: quia dei iudiciū eſt. **N**ō
ſi difficile vobis viſū aliqd fuerit referte ad
me: et ego audiam. **P**receptiq; omia que fa-
cere deberetis. **P**roſectiq; de oreb tranſiui-
mus p heremū tribilem et maximā ſolitudi-
nem quam vidistiſ p viam mōtis amorrei
ſicut p̄ceperat dñs deus noſter nob. **C**umq;
veniſſem i cadeſbarne dixi vobis. **V**eniſtiſ
ad montē amorrei: quē dominus deus no-
ſter daturus eſt vobis. **V**ide ſtram quā dñs
deus tuus dabit tibi. **A**ſcende et poſſide eā:
ſicut locutus eſt dñs deus noſter patribus
tuis. **N**oli timere: nec quicq; paueas. **E**t
acceſſiſtis ad me omnes atq; dixiſtiſ. **A**ſ-
tamus viros qui cōſiderent ſtram: et renun-
cient p quod iter debeamus aſcendere: et ad
quas pergere ciuitatis. **C**umq; mihi ſermo
placuit: et miſi ex vobis duodecim viros ſin-

gulos de tribubus suis. Qui cum prexisset et
ascendissent in montana. venerunt usque ad val-
lem botri; et considerata terra. sumentes de fru-
ctibus eius ut ostenderet veritatem attule-
runt ad nos. atque dixerunt. Bona est terra
quam dominus deus noster daturus est vobis. Et
noluitis ascendere; sed increduli ad sermo-
nem dei nostri murmurastis in tabernaculis vestris
atque dixistis. Dedit nos dominus; et ideo edu-
xit nos de terra egypti ut traderet nos in ma-
nu amorrei atque deleteret. Quo ascendemus?
Nuncij fruerunt cor nostrum dicentes. Maxi-
ma multitudo est; et nobis statura prior
urbes magne et ad celum usque munite. Fili-
os enachim vidimus ibi. Et dixi vobis nolite
metuere; nec timeatis eos. Dominus deus qui
ductor est noster. pro vobis ipse pugnabit; si-
cut fecit in egypto cum videntibus; et in
solitudine ipsi vidistis. Portavit te dominus de-
tuus ut solet homo gestare puulum filium su-
um in omni via per quam ambulasti; donec ve-
niretis ad locum istum. Et nec sic quidem cre-
didistis domino deo vestro qui processit vos in via
et metatus est locum in quo tentoria figere
deberetis; nocte ostendens vobis iter per ignem;
et die per columnam nubis. Cumque audisset do-
minus vocem sermonum vestrorum; iratus iuravit
et ait. Non videbit quispian de hominibus ge-
nerationis huius pessime terram bonam quam sub
iuramento pollicitus sum patribus vestris;
preter caleph filium iephone. Ipse enim vide-
bit eam; et ipsi dabo terram quam calcavit et
filius eius; quia secutus est dominum. Nec mira-
da indignatio in populum; cum mihi quis iratus
deus propter vos dixerit. Nec tu ingredieris
illuc; sed iosue filius nunc minister tuus ipse
intrabit pro te. Hunc exhortare et roborare;
et ipse forte terram dividet israeli. Parvuli
vestri de quibus dixistis quod captivi ducerentur
et filij qui hodie boni ac mali ignorant distan-
tiam ipsi ingredientur; et ipsis dabo terram et
possidebunt eam; vos autem revertimini et abite
in solitudinem per viam maris rubri. Et respondi
mibi. Peccavimus domino. Ascendemus
et pugnabimus; sicut precepit dominus deus no-
ster. Cumque instructi armis properetis in mon-
tem; ait mihi dominus. Dic ad eos. Nolite
ascendere neque pugnetis. Non enim sum vobi-
scum; ne cadatis coram inimicis vestris. Lo-
cucus sum et non audistis; sed adversantes

impio domini et tumetes superbia ascendistis in
montem. Itaque egressus amorreus qui habi-
tabat in montibus et obviam veniens persecu-
tus est vos sicut solent apes persequi; et ceci-
dit de seir usque horma. Cumque reversi plorare-
tis coram domino non audivit vos; nec vocem ve-
stre voluit acquiescere. Sedistis ergo in ca-
desbarne multo tempore

CA.

.II.

Rofectiq; inde venimus in solitudi-
nem que ducit ad mare rubrum sicut
mibi dixerat dominus; et circumivimus
montem seir longo tempore. Dixitque domi-
nus ad me. Sufficit vobis circumire montes
istum; ite contra acqilonem; et prope precipi-
cens. Transibitis per terminos fratrum vestro-
rum filiorum esau qui habitant in seir; et time-
bunt vos. Videte ergo diligenter ne mouea-
mini contra eos. Neque enim dabo vobis de terra
eorum quantum potest unius pedis calcare ve-
strigium; quia in possessionem esau dedi mon-
tes seir. Cibos emetis ab eis pecunia; et co-
medetis; aquam emptam haurietis et bibe-
tis. Dominus deus tuus benedixit tibi in omni ope-
re manuum tuarum. Novit iter tuum; quomodo
transieris solitudinem hanc magnam per quam
draginta annos habitans tecum dominus deus
tuus; et nihil tibi defuit. Cumque transissemus
fratres nostros filios esau qui habitabant in se-
ir per viam campestrem de helath et de alions-
gaber; venimus ad iter quod ducit ad des-
ertum moab. Dixitque dominus ad me. Non pugnes
contra moabitas; nec meas adversus eos prolium
Non enim dabo tibi quicquam de terra eorum; quia
filiis loth tradidi eam in possessionem. Emim
primi fuerunt habitatores eius; populus magnus
et validus et tam excelsus ut de enachim scit-
pe quasi gigantes crederent; et essent similes
filiorum enachim. Demum moabite appellat
eos emim. In seir autem prius habitaverunt ho-
rim; quibus expulsis atque deletis habitave-
runt filij esau sicut fecit israel in terra pos-
sessionis sue quam dedit illi dominus. Surgentes
ergo ut transiremus torrentem careth;
venimus ad eum. Tempus autem quo ambu-
lavimus de cadesbarne usque ad transitum za-
reth triginta et octo annorum fuit; donec con-
sumeret omnis congregatio hominum bellato-
rum de castris sicut iuraverat dominus; cuius
manus fuit adversus eos ut interirent de

castroz medio Postq̄ aut̄ vniuersi cecide-
runt pugnatores Locut⁹ est dñs ad me di-
cens. Tu transibis hodie finnos moab vt
hem nomine ar; et accedes in vicinia filioz
ammon. **C**ave ne pugnes ostra eos; nec mo-
uearis ad plium. Non em̄ dabo tibi de tra
filiozū ammon; quia filijs loth dedi eam in
possessionem. Terra gigantū reputata est;
et in ipa olim habitauerūt ḡgates. quos
āmonite vocant; 3030mim plus magnus et
multus et p̄eere lōgitudinis sicut enach im
quos deleuit dñm⁹ a facie eoz. et fecit il-
los habitare p̄ eis; sic fecerat filijs esau q̄
habitant in seir delens korreos. et terrā co-
rum illis tradens; quam possident vsq; in p̄-
sens. Encos q̄ qui habitabant in a' erim vsq;
q̄ gazam capadoces expulerūt eos; q̄ egres-
si de capadocia deleuerūt eos; et habitauerunt
p̄ illis. Surgite et transite torrentē arnon
Ecce tradidi in manu tua seon regem ese-
bon amorreū et terrā eius; incipe possidere;
et omite aduersus eum plū. **H**odie incipi-
am mittere irorem atq; formidinem tuam
in populos q̄ habitāt sub omni celo; vt audi-
to nomine tuo paueant. et in morem pturi-
entū otremiscant; et dolore teneant. **A**si
ergo nūcios de solitudine cademorb ad seon
regem esebon verbis pacificis dicens. **T**ra-
sibim⁹ p̄ terrā tuā; publica gradiemur via
Non declinabimus neq; ad dextrā neq; ad
sinistram; alimēta p̄cio vende nobis vt ve-
scamur; aquam pecunia tribue et sic bibem⁹
Tantum est vt nobis cōcedas transitū; sic
fecerūt filij asau qui habitant in seir. et mo-
abite qui habitant in ar. donec veniam⁹ ad
fordanē; et trāseamus ad trāam quā dñs de-
us noster datus ē nobis. **N**oluitq; seon rex
esebon dare nobis transitū qz indurauerat
dominus deus eu⁹ spiritū eius; et obfirma-
uerat cor illius vt ita traderet in manus tu-
as; sicut nūc vides. **D**ixitq; dñs ad me. **E**c-
ce cepi tibi tradere seon. et trāam eius; incipe
possidere eam. **E**gressusq; est seon obuiā
nobis cū omni populo suo ad plium in iassa
et tradidit eū dñm⁹ deus noster nobis; p̄-
cussimusq; eū cum filijs suis et omni populo
suo; cūctasq; vrbes in tempe illo cepimus
interfectis habitatorib; earū viris ac muli-
eribus et puulis. **N**ō reliquim⁹ in eis quic-
q̄ absq; iumentis que in ptem venere p̄dan-

ti; m; et spoliis vrbū quas cepim⁹ ab aroer
que est sup ripam rozi ēris arnon opido. qd
in valle sitū est vsq; galaad. **N**on fuit vic⁹
et ciuitas q̄ nostras effugeret man⁹. **D**ni-
res tradidit dñs deus noster nobis; absq;
terrā filioz ammon ad quam nō accessim⁹
et cūctis que adiacent torrenti ieboc; et vrbibus
mōtanis vniūsisq; locis a quib; nos
p̄hibuit dñs deus noster.

CA.

.III.

Taq; ouerfi ascendimus p̄ iter basan.
Egressusq; est og rex basan in
occurū nobis in populo suo ad bel-
sandum in edrai; dixitq; dñs ad me. **N**e ti-
meas eū; quia in manu tua traditus est cū
omni populo ac terra sua. faciesq; ei sic feci
sti seon regi amorreoz. qui habitauit in es-
seton. **T**radiditq; ergo dñs deus noster in
manib; nostris etiam og regē basan et vni-
uersum populū ei⁹; percussimusq; eos vsq; ad
intermitionē; vastantes cūctas ciuitates il-
lius vno tempe. **N**on fuit opidū quod non
effugeret. **S**exaginta vrbes; omnē regio-
nem argob regni og in basan. **C**ūctē vrbes
erant munitē muris altissimis portisq; et
redibus; absq; opidū innumeris q̄ nō habe-
bant muros. **E**t deleuim⁹ eos sicut fecera-
mus seon regi esebon dispendentes omnem ci-
uitatem virosq; ac mulieres et puulos; iu-
menta aut̄ et spolia vrbium diripim⁹. **T**u-
limusq; illo in tempe trāam de manu duozū
regum amorreoz qui erant trans iordanē
a torrente arnon vsq; ad mōtem hermō quē
sydonij sarior vocant et amorrei sanir; omnes
ciuitates que site sūt in planicie; et vniuer-
sam trāam galaad et basan vsq; ad selcha-
et edrai ciuitates regni og in basan. **S**ol⁹
q̄pe og rex basan restiterat de stirpe gigā-
tum. **M**onstrat⁹ lectus eius ferreus qui est in
rebatb filioz ammon; nouem cubitus ha-
bens longitudinis; et quatuor latitudinis ad
mēsurā cubiti virilis manus. trāamq; pos-
sedimus tpe illo ab aroer q̄ est sup ripā tor-
rentis arnon; vsq; ad mediam ptem mōtis
galaad. **E**t ciuitates illi⁹ dedi ruben et gad;
reliquā aut̄ ptem galaad et omnem basan
regni og tradidi medie tribui manasse om-
nem regionē argob. **C**ūctā basan vocatur
terra gigantū. **J**air filius manasse possedit
omnem regionē argob vsq; ad finnos ges-

suri et machati. Vocauitque ex nomine suo basan anothaiar id est villas iair: usque ad presentem diem. Machir quoque dedit galaad: et tribus ruben et gad dedit de terra galaad usque ad torrentem arnon medium torrentis et finem usque ad torrentem ieboc: qui est terminus filiorum amon: et planicie solitudinis atque iordanem et terminos cenereth usque ad mare deserti quod est salissimum ad radices montis phasga contra orientem. **P**recepitque vobis in tempore illo dicens. Dominus deus vester datus vobis terram in hereditatem: expediti procedite fratres vestros filios israel omnes viri robusti absque vxoribus et puulis atque iumentis. Non enim quod plura habeatis pecora et in vrbibus remanere debebunt quas tradidi vobis: donec requiem tribuat dominus fratribus vestris sicut vobis tribuit: et possideant etiam ipsi terram: quam daturus est eis trans iordanem: tunc reuertetur unusquisque in possessionem suam quam dedit vobis. **I**osue quoque in tempore illo precepit dicens. Oculi tui viderunt que fecit dominus deus noster duobus his regibus: sic faciet omnibus regibus ad quem transiturus es. Ne timeas eos. Dominus enim deus vester pugnabit pro vobis. **P**recatusque sum dominum in tempore illo dicens. Domine deus tu cepisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam manumque fortissimam. Nec enim est alius deus vel in celo vel in terra qui possit facere opera tua: et comparari fortitudini tue. **T**ransibit igitur et videbo terram hanc optimam trans iordanem: et montem istum egregium et libanum. **T**ratulque est dominus mihi propter vos nec exaudiuit me. **S**ed dixit mihi. Sufficit tibi: nequaquam ultra loquaris de hac re ad me. **A**scende cacumen phasge: et oculos tuos circumfer ad occidentem et aquilonem austrumque et orientem et aspice. **N**ec enim transibis iordanem istum. **P**recipe iosue et corrobora eum atque conforta: quia ipse procedet populum istum: et diuidet eis terram quam visurus es. **M**ansimusque in valle contra phanum phogor

CA. .III.

Tunc israel audi precepta et iudicia que ego doceo te ut faciens ea viuas: et ingrediens possideas terram quam dominus deus patrum vestrorum daturus est vobis. **N**on ad detis ad verbum quod vobis laquor: nec auferetis ex eo. **C**ustodite mandata domini dei vestri que ego precipio vobis. **O**culi vestri

viderunt omnia que fecit dominus contra beelphegor: quomodo struerit omnes cultores eius de medio vestri. **V**os autem qui adheretis domino deo vestro viuitis vniuersi: usque in presentem diem. **S**citis quod docuerim vos precepta atque iudicia sicut mandauit michi dominus deus meus: sic facietis ea in terra quam possessuri estis: et obseruabitis et implebitis opere. **N**ec enim vestra sapientia et intellectus coram populis: ut audieres vniuersi precepta habetis dicat. **E**nim populus sapiens et intelligens gens magna. **N**ec est alia natio tam grandis que habeat deos appropinquantes sibi: sicut deus noster adest cunctis obseruationibus nostris. **Q**ue est enim alia gens sic inclita ut habeat ceremonias iustaque iudicia: et vniuersam legem quam ego proponam hodie ante oculos vestros. **C**ustodi igitur remetipsum et animam tuam solucite. **N**e obliuiscaris verborum que viderunt oculi tui: et ne excidant de corde tuo cunctis diebus vite tue. **D**ocebis ea filios ac nepotes tuos: diem in quo stetit coram domino deo tuo ioreb: quando dominus locutus est michi dicens. **C**ongrega ad me populum ut audiant sermones meos: et discant timere me omni tempore quo viuunt in terra doceantque filios suos. **E**t accessistis ad radices montis qui ardebat usque ad celum: erantque in eo tenebre et nubes et caligo. **L**ocutusque est dominus ad vos de medio ignis. **V**ocem verborum eius audistis: et formam penitus non vidistis. **E**t ostendit vobis pactum suum quod precepit ut faceretis: et decem verba que scripsit in duabus tabulis lapideis. **M**ichi quoque mandauit in illo tempore ut docerem vos ceremonias et iudicia: que facere deberetis in terra quam possessuri estis. **C**ustodite igitur solucite animas vestras. **N**on vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis dominus in oreb de medio ignis: ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem aut ymaginem masculi: vel femine similitudinem omnium iumentorum que sunt super terram vel auium sub celo volantium: atque reptilium que mouentur in terra: siue piscium qui sub terra morantur in aquis: ne forte oculis eleuatis ad celum videas solem et lunam et omnia astra celi: et errore deceptus adores ea et colas: que creauit dominus deus tuus in misterium cunctis gentibus que sub celo sunt. **V**os autem tulit dominus et eduxit de fornace ferrea egi

pti. vt haberet populū hereditariū sicut ē in
 p̄senti die. **T**ratulq; est dom̄n⁹ ostra me p̄
 ter sermones vestros et iurauit. vt non tra
 firem iordanē nec ingrederer ēram optimā
 quam datur⁹ est vobis. **E**cce morior i hac
 humo; non transibo iordanen vos trāsbibitis
 et possidebitis ēram egregiā. **C**auē ne quā
 do obliuiscaris pacti dñi dei tui. quod pepi
 git tecū; et facias tibi sculptā similitudinē
 eorū que dom̄n⁹ fieri inhibuit. **Q**uia domi
 nus deus tu⁹ ignis osumēs est; deus emula
 tor. **S**i genueritis filios ac nepotes; et mo
 rati fueritis in terra. deceptiq; feceritis vo
 bis aliquam similitudinē patrātes malū co
 ram dño vestro. vt eum ad iracū diam pu
 cetis; testes inuoco hodie celum et ēram. ci
 to perituros vos esse de terra; quam trāsito
 iordane possessuri estis. **N**on habitabitis in
 ea longo tempore; sed delebit vos dñs atq; di
 sperget in omnes gētes; et remāebitis pau
 ci in nationib; ad quas vos ducitur⁹ est do
 minus. **I**biq; seruietis dñs qui hominū ma
 nu fabricati sunt. ligno et lapide qui nō vi
 dent; nec audiūt non comedūt non odoran
 tur. **C**umq; quesieris ibi dñm deum tuū in
 uenies eum; si tamē toto corde quesieris et
 tota ēbulatione anime tue postq; te inuene
 rit oīa que p̄dicta sunt. **N**ouissimo autē tpe
 reuerteris ad dñm deum tuum et audies vo
 cem eius; quia deus misericors dñs deus tu
 us est. **N**on dimittet te nec omnino delebit;
 neq; obliuiscet pacti in quo iurauit p̄ribus
 tuis. **I**nterroga de dieb; antiquis qui fue
 runt an̄ te. ex die quo creauit de⁹ hominem
 sup ēram a sūmo celi vsq; ad summū eius;
 si facta est aliquādo huiuscemōi res. aut vn
 quā cognitū est vt audiret popul⁹ vocē do
 mini loquētis de medio ignis. sicut tu audi
 sti et vixisti. fecit deus vt ingrediret et tol
 leret sibi gentē de medio nationū p̄ tēpta
 tiones signa atq; portēta p̄ pugnam et ro
 bustam manū extēntūq; brachium et horri
 biles visiones; iuxta omnia que fecit p̄ nob
 dñs deus noster in egipto videntib; oculis
 tuis; vt scires quomā dñs ipse est deus; et
 non est alius p̄ter vnū. **D**e celo te. fecit au
 dire vocem suam vt doceret te; et in ēra ostē
 dit tibi ignem suū maximū. et audisti ver
 ba illi⁹ de medio ignis quia dilexit patres
 tuos et elegit semen eorū post eos. **E**duxit

q; te p̄cedens in virtute sua magna ex egi
 pto vt deleteret nationes maximas et fortio
 res te introitu tuo; et introduceret te da
 retq; tibi ēram earū in possessionē; sicut cer
 nis in p̄senti die. **S**cito ergo hodie et cogi
 tato in corde tuo q; dñs ipse est deus in celo
 sursum; et in terra deorsum; et non fit alius.
Custodi p̄cepta eius atq; mandata q̄ ego
 p̄cipio tibi et bene sit tibi. et filiis tuis post
 te. et p̄maneat multo tempore sup terram
 quam dñs deus tuus daturus est tibi. **T**ūc
 sepauit moyses tres ciuitates trans iorda
 nen ad orientalem plagam vt ofugiat ad
 eas qui occiderit nolens pximū suū nec fue
 rit sibi inimicus ante vnū et alterum diem
 et hanc ad aliquā vrbū possit euadere; bolor
 in solitudine que sita est in terra campestri
 de tribu ruben. et ramoth in galaad que est
 in tribu gad; et golam in basan que est in
 tribu manasse. **I**sta est lex quā p̄posuit mo
 yses coram filiis israhel et hec testimonia et
 cerimonie atq; iudicia que locut⁹ est ad fi
 lios israhel. quando egressi sunt de egipto;
 trans iordanen in valle circa phanum pho
 gor in terra seon regis amorrei qui habita
 uit in esebon quem p̄cussit moyses. **F**ilij q; israhel
 egressi ex egipto possiderūt terram
 eius et og regis basan duorū regū amore
 orum qui erant trans iordanen ad solis or
 tum ab aroer que sita est sup ripam torren
 tis arnon vsq; ad montē samir qui est et her
 mon om̄em planiciem trans iordanē ad ori
 entalem plagam vsq; ad mare solitudinis
 et vsq; ad radices mōtis phasga.

CA. V.

Dcauitq; Moyses omnem israhel
 lem; et dixit ad eum. **A**udi israhel
 cerimonias atq; iudicia; que ego loquor in
 aurib; vestris hodie. **D**iscite ea; et opere cō
 plete. **D**omin⁹ deus noster pepigit nobiscū
 fedus in ore p̄. **N**on cū patrib; nostris inijt
 pactum sed nobiscū; qui in p̄sentiariū sum⁹
 et viuim⁹. **F**acie ad faciem locutus est no
 bis in mōte de medio ignis. **E**go sequester
 et medius fui inter dominū et vos in tempe
 illo; vt anūciarem vobis verba eius. **T**imū
 stis ignem; et non ascendistis in montem.
Et ait **E**go domin⁹ deus tuus; qui eduxi te
 de terra egipti de domo seruitutis. **N**on ha
 bebis deos alienos in ospectu meo. **N**on faci

es tibi sculptile nec similitudinem omnium
que in celo sunt desup et que in terra deor-
sum: et que versant in aquis sub terra. Non
adorabis ea: et non coles. Ego enim sum dñs
deus tuus. deus emulator reddens iniquita-
tem patrum sup filios in terciã et quartã
generatione his qui oderunt me: et faciens
misericordiam in multa milia diligentibus
me et custodientibus pcepta mea. Non usur-
pabis nomē dñi dei tui frustra: qz non erit
impunit⁹ qui sup re vana nomen eius assu-
perit. **Observa diem sabbati vt sanctifices
eum: sic pcepit tibi domin⁹ deus tuus. Sex
diebus opaberis: et facies omnia opa tua.
Septim⁹ dies sabbati est: id ē requies do-
mini dei tui. Non facies in eo quicquid operis
tu et filius tuus et filia seru⁹ et ancilla: bos
et asinus et omne iumentum tuum et pegrin⁹
qui est intra portas tuas: vt requiescat ser-
uus et ancilla tua sicut et tu. **Vomēto qz
ipse hueris in egipto: et eduxerit te inde do-
min⁹ deus tuus in manu forti et brachio ex-
tensio. **Idcirco pcepit tibi vt obfuares diē
sabbati. **Honora patrem tuum et matrem sic
pcepit tibi domin⁹ deus tuus: vt longo vi-
uas tempe: et bene fit tibi in terra qua dñs
deus tu⁹ daturus est tibi. **Non occides. ne-
qz mechaberis: furtūqz non facies: nec loq-
ris ostra proximo tuū falsum testimoniu. **Nō
occupas vxorem proximi tui: non domū nō
agrum. non seruū. non ancillam. non bouē.
non asinū: et vniuersa que illius sunt. **Hec
verba locut⁹ est domin⁹. ad omnem multitu-
dinem vestram in monte de medio ignis. et
nubis et caliginis voce magna nichil addēs
amplius: et scripsit ea in duabus tabul lapi-
deis quas edidit michi. **Vos autē postq̄ audi-
stis vocem de medio tenebrarū et montem
ardere vidistis accessistis ad me omnes prin-
cipes tribuū et maiores natu: atqz dixistis.
**Ecce oñdit nobis dñs de⁹ noster maiesta-
tem et magnitudinem suā. **Vocem enim eius
audiuim⁹ de medio ignis: et pbauim⁹ hodie
q loquere deo cū hoie vixerit homo. **Cur ḡ
moriemur: et deuorabit nos ignis h maxim⁹?
**Si enim audierimus vlt vocem dñi dei nostri
moriemur. **Quid est omnis caro vt audiat
vocem dei viuētis qui de medio ignis loqui-
tur sic nos audiuim⁹: et possit viuere? **Tu
magis accede et audi cūcta que dixerit do-****************************

*prolongam
proclamare*

min⁹ deus nō tibi: loquerisqz ad nos: et nos
audientes faciemus ea. **Quod cū audisset
dominus ait ad me. **Audiui vocē verboꝝ po-
puli huius que locuti sunt tibi. **Bene omnia
sunt locuti. **Quis det talem eos habere mē-
te vt timeāt me et custodiāt vniuersa man-
data mea in omni tpe: vt bene fit eis et fili-
is eoz in sempiternū. **Vade et dic eis. **Reu-
rtimi in tentoria v̄ra. **Tu vero h̄ sta mecū: et
loquar tibi omnia mādata mea et cerimōi-
as atqz iudicia que docebis eos vt faciant
ea in terram quam dabo illis in possessionem.
**Custodite igit et facite que pcepit domin⁹
deus nobis. **Non declinabitis neqz ad dexte-
ram neqz ad sinistram: sed p̄ viam quam p̄-
cepit dñs deus vester ambulabitis: vt viua-
tis et bene fit nobis et p̄tēnt dies vestri in
terra possessionis vestre******************

CA.

.VI.

**Ec sunt pcepta et cerimoniae atqz iu-
dicia que mādauit dñs deus vester
vt docerē vos et faciatis ea in terra ad qua
transgredimini possidendā: vt timeas dñm
deū tuū et custodias oia mādata et pcepta
eius q̄ ego p̄cipio tibi et filiis ac nepotibus tu-
is cūctis diebus vite tue vt plongenē dies
tui. **Audi israel et observa vt facias que
pcepit tibi domin⁹ et bñ fit tibi et multiplice-
ris amplius: sicut pollicitus est dñs deus pa-
trū tuoz tibi terram lacte et melle manātes.
**Audi israel. **Dñs deus noster deus vnus ē.
**Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo: et
ex tota anima tua: et ex tota fortitudine tua
**Eruntqz verba hec que ego p̄cipio tibi ho-
die in corde tuo: et narrabis ea filiis tuis et
meditaberis sedens in domo tua et ambulās in
itine dormiēs atqz osurgēs: et ligab ea quasi si-
gnū in manu tua: erūtqz et mouebuntur in-
ter oculos tuos: scribesqz ea in limbo et bo-
stis domus tue. **Cūqz introduxerit te domi-
nus deus tuus in terram p̄ qua iurauit pa-
tribus tuis abraham ysaac et iacob et dederit
tibi ciuitates magnas et optimas quas
non edificasti. **Domos plenas cunctarum
opum quas non extruxisti. cisternas quas
non effodisti: vinea et oliueta que non pla-
tasti. et comederis et saturatus fueris: ca-
ue diligenter ne obliuiscaris dñm qui eduxit
te de terra egipti. de domo seruitutis. **Do-
minū deū tuū timebis et illi soli hueris: ac p̄******************

nomen illius iurabis. Non ibitis post deos alienos cūctaz gentiū que in circūitu vestro sunt: qm̄ deus emulatoꝝ dñs deus tuus in medio tui: neqñ irascat̄ furoꝝ dñi dei tui oꝝtra te: et auferat te de sup̄ficie terre. Non temptabis dñm deum tuū: sic temptasti in loco temptatiōis. Custodi p̄cepta dñi dei tui ac testimonia et cerimonias quas p̄cepit tibi: et fac quod placitū est et bonum in oꝝpectu dñi vt bene sit tibi: et igressus possideas t̄ram optimā de qua iurauit dñs patribus tuis vt deleter om̄es inimicos tuos coram te sicut locutus est. Cū interrogauit te filius tu⁹ cras dicens quid sibi volūt testimonia hec: et cerimonie atq; iudicia que p̄cepit dñs deus n̄r nob̄: dices ei. Seruī eram⁹ pharaonis in egipto: et eduxit nos dñm de egipto in manu forti: fecitq; signa atq; p̄digia magna ⁊ pessima in egipto cōtra pharaonē et om̄em domū illius in cōspectu nostro: et eduxit nos inde vt itroducis daret t̄ram sup̄ qua iurauit patribus n̄ris. P̄cepitq; nobis dñs vt faciamus omnia legitima hec: et timeam⁹ dñm deum nostrū vt bñ sit nobis cunctis dieb⁹ vite nostre sicut est hodie. Erig⁹ n̄r misericors: si custodierim⁹ et fecerim⁹ omnia p̄cepta eius coram dño deo nostro sicut mādauit nobis

CA. VII.

Um vero introduxerit te dñs deus tuus in t̄ram quā possessur⁹ ingrederis: et deleuerit gentes multas corā te etheum et gergezeū et amozzeū chanaanē et pherezeū et eueū et iebuseum septē gentes multo maioris numeri q̄ tu es et robustiores te: tradideritq; eas dñs deus tuus tibi: p̄cuti esq; eas vsq; ad intermitionē. Non inibis cū eis fedus nec misereberis earum: neq; sociabis cū eis diugia. Filiā tuam non dabis filio eius: nec filiā illi⁹ accipies filio tuo: quia seducet filiū tuū ne sequat̄ me et vt magis seruiat dijs alienis. Irasceturq; furoꝝ dñi: et delebit te cito. Quim poti⁹ hec facieris eis. Aras eoz subuertite: et ofringite statuas: lucosq; succidite: ⁊ sculptilia cōburite: q̄a p̄plus sanctus es dño deo tuo. Te elegit dñs deus tu⁹: vt sis ei p̄plus peculiaris de cūctis p̄plis qui sunt sup̄ t̄ram. Nō quia cunctas gētes numero vincebatis vobis iūctus est dñs et elegit vos cū om̄ib⁹ fi-

tis populis pauciores: sed q̄a dilexit vos dñm: et custodiuit iuramentū quod iurauit patrib⁹ vestris. Eduxitq; vos in manu forti et redemit de domo fuitutis: de manu pharaonis regis egipti: et scies qz dñs de⁹ tuus ip̄e est deus fortis et fidelis: custodiēs pactū ⁊ misericordiam diligentib⁹ se ⁊ his qui custodiūt p̄cepta eius in mille generationes: et reddens odientib⁹ se statim: ita vt dispdat eos et vltra nō differat p̄tin⁹ eis restituens quod merent̄. Custodi ergo p̄cepta et cerimonias atq; iudicia: que ego mandato tibi hodie vt facias. Si postq̄ audieris h̄ iudicia custodieris ea ⁊ feceris: custodiet et dñs deus tuus tibi pactū et misericordiā quam iurauit patrib⁹ tuis et diliget te et multiplicabit: bñdicetq; fructū ventris tui: et fructū t̄re tue: frumēto tuo atq; vindemie: oleo et armētis gregib⁹ ouium tuarū sup̄ t̄ram: p̄ qua iurauit patrib⁹ tuis vt daret eam tibi. Bñdictus eris inter om̄es populos. Nō erit apud te sterilis vtriusq; sexus: tam in hominib⁹ q̄ in gregibus tuis auferet dñs a te om̄em languore: ⁊ infirmitates egipti pessimas quas nouisti nō inferet tibi s; cūctis hostib⁹ tuis. Deuorab om̄es populos quos dñs deus tuus datur⁹ est tibi: nō parcat eis oculus tuus: nec seruias dijs eoz: ne sint in ruīnam tui. Si dixeris i corde tuo plures sūt gētes iste q̄ ego: quō potero delere eas: noli metuere sed recordare: que fecerit dñs deus tu⁹ pharaōi ⁊ cūctis egiptijs plagas maximas quas viderūt oculi tui et signa atq; portēta manū q; robustam et extentū brachiū: vt educes ret te dñs deus tuus. Sic faciet cūctis populis quos metuis. Insup et scabzōes mitteret dñs deus tu⁹ in eos: donec delet omnes atq; dispdat qui te fugerit et latere poterint. Non timebis eos: qz dñm deus tu⁹ in medio tui est deus magnus et terribilis. Ipse osomet nationes has in cōspectu tuo paulatim atq; p̄ partes. Nō poteris eas delere parit̄: ne forte multiplicent̄ contra te bestie terre. Dabitq; eos dñs deus tuus in oꝝpectu tuo: ⁊ inficiet illos donec penit⁹ delectant̄. Tradetq; reges eoz in man⁹ tuas: et dispdes nomina eoz sub celo. Nullus poterit resistere tibi: donec cōteras eos. Sculptilia eoz igne obures. Non occupas ar-

gentū et aux de quibz facta sunt: neq; assu-
mes ex eis tibi quicq; ne offendas. ppter ea
q̄a abhomiatio ē dñi dei tui; nec inferes q̄p-
p̄iam ex ydolo in domū tuā: ne fias anathe-
ma sicut et illud est. Quasi spurciciā detesta-
beris; et velud inq̄namentū ac sordes abho-
minatiōi habebis: quia anatHEMA est.

CA. VIII.

Ane mandatū quod ego p̄cipio tibi
hodie caue diligēte vt facias vt
possitis viuere et multiplicemini: ingressiq; po-
ssideatis terram p̄ q̄ iurauit dñs patri bz v̄ris
Et recordaberis cūcti itineris per quod ad-
duxit te dñs deus tu⁹ quadraginta annis p̄
desertū vt affligeret te atq; temptaret: et
nota fieret que in tuo animo v̄sabanē: vt et
custodires mandata illius an non. Afflixit
te penuria: et dedit tibi cibum māna quem
ignorabas tu et patres tui vt oñderet tibi
q̄ non in solo pane viuūt homo: sed in omni
verbo qd̄ p̄gredit̄ de ore dñi. Vestimentum
tuū quo operiebaris nequaq; vetustate de-
ficit: et pes tu⁹ non est subritus. En q̄dra-
gesim⁹ ann⁹ ē: vt recogites in corde tuo:
quia sic erudit filiū suum homo sic dñs de⁹
tuus erudiuit te: vt custodias mādata do-
mini dei tui et ambules in vijs eius: et time-
as eum. Dñs em̄ deus tuus introducet te in
terram bonam: terram riuoz aquarūq; et fontium:
in cuius campis et mōtibz erupunt flu-
uioz abissi: terram frumētī ordei ac vinearū
in qua ficus et malaḡnata et oliueta nas-
cunt̄: terram olei ac mellis vbi absq; vlla pe-
nuria comedes panem tuū et rerum omniū
abundantia p̄frueris: cui⁹ lapides ferrum
sunt et de mōtibus eius eris metalla fodiū
uet̄: vt cū comederis et faciat⁹ fueris bñdi-
cas dño deo tuo p̄ terra optima quā dedit
tibi. Obserua et caue neqñ obliuiscaris do-
mini dei tui: et negligas mādata eius atq;
iudicia et ceremonias quas ego p̄cipio tibi
hodie: ne postq̄ comederis et faciat⁹ fueris
domos pulcras edificaueris et habitaueris
in eis: habuerisq; armēta et ouīū greges
argenti et aurī cūctarūq; rerū copia: ele-
tur cor tuū et non reminiscaris dñi dei tui:
qui eduxit te de terra egipti de domo huius
tis et ductor tuus fuit in solitudine magna
atq; t̄ribili i qua erat serpens flatu adures
et scorpio ac dipsas et nulle omnio aque: q̄

eduxit riuos de petra durissima et cibauit
te māna in solitudine qd̄ nescierūt patres
tui. Et postq̄ afflixit et pbauit: ad extremū
miseratus est tui: ne diceres in corde tuo for-
titudō mea et robur manus mee hec michi
omnia p̄stiterūt: sed recorderis dñi dei tui: q̄
ipse vires tibi p̄buerit vt impletet pactum
suū sup quo iurauit patribus tuis sic p̄sens
iudicat dies. Simaūt oblitus dñi dei tui se-
cutus fueris deos alienos coluerisq; illos et
adoraueris: ecce nūc p̄dico tibi q̄ omnio di-
spereas. Sicut gētes quas deleuit dñs in in-
troitu tuo: ita et vos peribitis si inobediē-
tes fueritis voci dñi dei vestri.

CA. IX.

Vbi israel. Tu trasgredieris ho-
die ordinem vt possideas nationes
maximas et fortiores te ciuitates ingētes
et ad celum vsq; ad muratas populū ma-
gnū atq; sublimē: filios enachim quos ipse
vidisti et audisti: quibz nullus potest ex ad-
uerso resistere. Scies ergo hodie q̄ dñs de-
us tuus ipse trāsibit an te ignis deuorās at-
q; consumēs: qui oterat eos et delet atq; di-
spdat ante faciem tuā velociter: sicut locu-
tus est tibi. Ne dicas i corde tuo cū deleue-
rit eos dñs deus tuus in ōspectu tuo. ppter
iusticiā meam introduxit me dñs vt trāsi-
bam possiderem: cū ppter impietates suas
iste delere sint nationes. Neq; enim ppter iu-
sticias tuas et equitatem cordis tui ingre-
dieris vt possideas terras eaz. Et quia ille
egerūt impie: interocūte te delere sunt: et vt
opleret verbū suū dñs qd̄ sub iuramēto pol-
licitus est patribz tuis abraham ysaac et ia-
cob. Scito ergo q̄ nō ppter iusticias tuas
dñs deus tu⁹ dederit tibi terram hāc optimā
in possessionem: cū durissime ceruicis sis po-
pulus. Memēto et ne obliuiscaris quō ad-
iracundiā puocaueris dñm deū tuū in soli-
tudine: et ex eo die quo egressus es ex egi-
pto vsq; ad locū istum: semp aduersum do-
minū ū ostendisti. Nam et in ore bz puocasti eū:
et iratus delere te voluit quāto ascendi i mō-
tem vt acciperē duas tabulas lapideas pa-
cti qd̄ pepigit vobiscū deus. Et p̄seueravi
in mōte quadraginta diebz ac noctibz: pa-
nem nō comedens et aquā nō bibēs. Dedit
q; michi dñs duas tabulas lapideas scrip-
tas digito dei: et oñnentes omnia verba. q̄

vobis locutus est in monte de medio ignis
 quā cōtio populi ogregata est. **Cūq;** transis-
 sent quadraginta dies ⁊ totidem noctes de-
 dit michi dñs duas tabulas lapideas. tabu-
 las federis: dixitq; michi Surge et descēde
 hinc cito: qz populus tu⁹ quem eduxisti de
 egipto deseruerūt velocit̄ viam quā demon-
 strasti eis: fecerūtq; sibi cōflatile Rursūq;
 ait dñs ad me. **Cerno** qz populus iste dure
 ceruicis sit. **Dimitte** me vt conterā eum: ⁊
 deleam nomē eius sub celo: et ostitua te su-
 per gentē que hac maior ⁊ fortior sit. **Cūq;**
 de mōte ardente descenderē ⁊ duas tabulas
 federis vtraq; tenerē manu. vidissēq; pec-
 casse vs dño deo vestro ⁊ fecisse vobis virtu-
 lum oflatilem et deseruisse velocit̄ viam ei⁹
 quam vobis onderat: pieci tabulas de mani-
 bus meis ofregiq; eas in ospectu vestro. **Et**
 pcedi ante dñm sic prius qd̄raginta diebus
 et noctibus panem nō comedens et aquā nō
 bibens ppter omnia peccata v̄a que gessi-
 stis contra dñm: et eū ad iracūdiā puoca-
 stis. **Timui** enī indignatiōem et iram illi⁹:
 qua aduersū vs cōcitatus delere vs volu-
 it. **Et** ex audiuit me dñs etiā hac vice. **Ad**
 ūsum aaron qz ve hement̄ irat⁹ voluit eū cō-
 terē: et p illo similē deprecatus sum. **Dece-**
 catū aut̄ vestrum quod feceratis id est vi-
 tulū arripiens igne obussi: et in frustra con-
 minūes omniōq; in puluerem redigens pie-
 ci in torrentē qui de mōte descendit. **In** in-
 cendio qz et in temptatiōe. et in sepulcris
 ocupiscentie puocastis dñm: ⁊ quādo misit
 vs de cadesbarne dicens ascendite et possi-
 dete terram quā dedi vobis: et otempistis
 imperium dñi dei vestri et nō credidistis ei:
 neq; vocem eius audire voluistis: s; semp fu-
 istis rebelles a die qua nosse vs cepi. **Et** ia-
 cui coram dño qd̄raginta diebus ac noctibus
 quibus eū supliciter deprecabar ne deleret vs
 vt fuerat cōmīatus: et orans dixi Dñe de-
 us ne dispdas populū tuū et hereditatē tuā
 quam redemisti in magnitudine tua: quos
 eduxisti de egipto in manu forti. **Recordāe**
 suozū tuozū abraham ysaac et iacob. **Ne**
 aspicias duriciā populi huius ⁊ impietates
 atq; peccatū: ne forte dicant habitatores
 terre de qua eduxisti nos nō poterat domi-
 nus introducere eos: in t̄ram quā pollicit⁹
 est eis. et oderat illos. idcirco eduxit vt mē

fieret illos in solitudine: qui sunt populus
 tuus et hereditas tua quos eduxisti in for-
 titudie tua magna et i brachio tuo extēto

CA. .X.

In tempore illo dixit dñs ad me. **Dola** tibi
 duas tabulas lapideas sic p̄ores fuerunt et
 ascende ad me in mōtem: faciesq; archam
 ligneam ⁊ scribam in tabulis verba que fu-
 erūt in his quas ante fregisti. ponesq; eas
 in archa. **Feci** igit̄ archam de ligis sethim
Cūq; dolassem duas tabulas lapideas in-
 star p̄orum: ascendi in mōtem habens eas i
 manibus scripsitq; in tabulis iuxta id quod
 p̄us scripserat verba decē que locut⁹ est do-
 min⁹ ad vs in monte de medio ignis quā-
 do populus ogregatus est: et dedit eas mi-
 chi. **Reuersus**q; de mōte descendi: ⁊ posui ta-
 bulas in archā quam fecerā: que hucusq;
 ibi sunt sic michi p̄cepit dñs. **Filij** aut̄ isra-
 hel castra mouerūt ex beroth filioz iachan
 in mosura vbi aaron mortu⁹ et sepultus ē:
 p quo sacerdotio fūctus est filius eius elea-
 zar. **Inde** venerūt i gadgad: de quo loco p̄-
 feci castrametati sūt in iethabatha in ter-
 ra aquaz atq; torrentiū. **Co** tempe sepaui
 tribu leui vt portaret archam federis domi-
 ni: et staret coram eo in misterio ac bñdice-
 ret in noie illi⁹ vsq; in p̄ntem diem. **Quāob-**
 rem nō habuit leui ptem neq; possessionem
 cum fratrib; suis: quia dñs possessio eius ē:
 sicut pmisit ei dñs deus tuus. **Ego** aut̄ ste-
 ti in mōte sic p̄us quadraginta diebus ac no-
 ctibus exaudiuitq; me dñs etiam hac vice: ⁊
 te p̄dere noluit. **Dixit**q; michi. **Vade** et pre-
 cede p̄lm vt ingrediatur et possideat t̄ram
 quam iuravi patrib; eoz: vt traderem eis.
Et nūc israel quid dñs deus tu⁹ petit a te:
 nisi vt timeas dñm deū tuū et ambules in
 vijs eius et diligas eū: ac seruias dño deo
 tuo in toto corde tuo et in tota anima tua
 custodiaq; mādata dñi et cerimonias ei⁹
 quas ego hodie p̄cipio tibi vt bene sit tibi.
En domi dei tui celū est et celū celi terra et
 omnia que in eis sūt et tamen patrib; tuis
 oglutinat⁹ est dñs et amauit eos: elegitq;
 semē eoz post eos id est vs de cunctis gen-
 tibus sic hodie comprobāt. **Circūcidite** igit̄
 prepuciū cordis vestri et ceruicem vestram
 non induretis ampli⁹: quia dñs deus vester
 ipse est deus eoz et domin⁹ dñantium de⁹

*Amis: no arypn
mre xpona mte
miseria sed chan
larum in qua oia
boni pmdr*

magnus et potens et terribilis: qui personam
non accipit nec munera. **F**aciet iudicium pu-
pillo et vidue: amat peregrinum: et dat ei vi-
ctum atque vestitum et vos ergo amate peregrinos:
quia et ipsi fuistis adueni in terra egypti.
Dominum deum tuum timebis: et ei soli seruias. **I**psi
adherebis: iurabisque in nomine illius. **I**psa est
laus tua et deus tuus: qui fecit tibi haec ma-
gnalia et terribilia que viderunt oculi tui. **I**n
septuaginta animabus descenderunt patres
tui in egyptum: et ecce nunc multiplicauit te
dominus deus tuus sicut astra celi.

CA. XL.

Ma itaque dominum deum tuum: et obserua
precepta eius et ceremonias iudicia
atque mandata omni tempore. **C**ognoscite hodie
